

Petri hyspani

tria appellata. sed quando adiungitur termino cōmuni habenti plura supposita. tunc exigit plura appellata. quādo ad iungitur termino habenti solum vnū suppositum. tunc exigit solum vnū appellatum. Ad illud quod primo obijciebat q̄ oīs pfectio est in tribus. dicit q̄ verum est. et hec tria sunt sc̄z substantia rei. virtus eius. et opatio eius. Et hec tria tangit Aresto. sub breuibus cum dicit. Natura apta nata sic facit. p hoc em̄ qd̄ dicit (apta nata) tangit virtutem eius et per hoc quod dicit (sic facit) tangit opationem debitam ei. Si militer hoc signum omnis habet substantiā signi v̄lis et virtutē. que est posse distribuere. et opationē eius qm̄ distribuit et in his tribus est pfectio eius. Ad sc̄dm̄ dicendū est q̄ homo et hoīes d̄nt. qz hō dicit istā sp̄m̄ fm̄ se q̄ est de pluribus p̄ dicabilis. sed hoīes in plurali numero dicit istā sp̄m̄ fm̄ se. sed multiplicatā actu fm̄ materiā indiuiduoz numero diuersam. Quā oīs in pl̄i rōe multitudinis facit distributōne p̄ diuersas materias. et vult habere tria appellata. S̄z oīs in singulari ex q̄ recipit sp̄m̄ fm̄ se et nō materiā indiuiduozum exigit eētiam aptā natam p̄dicari de plurib⁹ siue actu p̄cipet de plurib⁹. siue ab vno. et ideo exigit tria appellata aut vnum solū fm̄ naturā vniuersalis cui adiungit. Quidā tñ dicunt q̄ oīs vult habere tria appellata ad minus. et dant talem rōnē. Quotienscūqz signū v̄le additur termino cōi non bñti sufficientiam appellatione recurrit ad nō ens. vt cū dicit. oīs fenix est. qz ly fenix non habet nisi vnicū suppositū. ideo recurrit ad non existentes fenices. et ideo cū dicit. oīs fenix ē sensus est. vnus fenix est qui est. et duo fenices (qui non sunt) sūt et ideo dicūt has ppositiones esse falsas. quidā fenix nō

nā tangit virtutem et opationem